



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marii Mercatoris S. Augustino Æqualis Opera Quæcumque Extant

[Complectens Ea Quæ Ad Hæresim Nestorianam Spectant]

Marius <Mercator>

Parisiis, 1673

Epistola Nestorii Ad Caelestium Resribentis, de Graeco in Latinum
translata a Mario Mercatore.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14215

scopos, propter prava dogmata judicandos, procul dubio Cyrilli, Memnonisque & aliorum iudicio, ne ipsis quidem imperatoria epistola verbis, quibus addidit Marca quod libuit, interdictum erat. Deinde, ut causa Cyrilli, Memnonis, Joannis, Orientaliumque ecclesiastica hujuscmodi non fuerit, sed pertinuerit ad pecuniarias illas aut criminales, quarum cognitionem reservat Theodosius magna verbi; non idcirco tamen factum quidquam putandum est, ultra praescriptos a Principe limites: quandoquidem interdictum, si quod est, sacra per Pal-

ladium allata continetur; Cyrilli vero, Memnonis, Joannisque, & Orientalium damnationes ante allatam contigerunt: nam Cyrillus, cum Memnone, depositus est ab Orientalibus quinto die post dejectum a synodo Nestorium, id est, die 27. Junii, & sacra per Palladium allata, cum aliud nihil sit quam rescriptum ad Candidiani relationem, non prius Constantinopoli data est, quam eo perveniret Candidiani relatio. Hac vero Epheso missa est postridie dejecti Nestorii, id est, die 23. Junii.

EPISTOLA NESTORII AD CAELESTIUM RESCRIBENTIS,

de Graeco in Latinum translata a Mario Mercatore.

L.



ONORABILI & religiosissimo presbytero Cælestio Nestorius in Domino salutem.

Noli ægre ferre, venerabilis, perferens ab his, qui ea, quæ inferruntur, facere debent, & præterim afferentibus veritatem, & refugientibus pollutorum vel contaminatorum communionem: quia & sanctis, qui ante nostram ætatem exiterunt, gratae fuerunt arumnæ, & ipsæ quidem temporales erant, veritas autem æterna. Sic Joannes Baptista de peccato arguens Herodem, & quidem regem existentem, capite condemnatus est: sed non formidavit, Christum enim habebat caput, quod non posset abscondi.

Sic Paulus hoc modo quoque & Petrus sunt interfecti. & quid amplius dici opus est? Ita actum est semper, per diversas tentationes pietate currente.

Noli igitur a veritate deficiens eam prodere, (siquidem epistole missæ Episcopis a concilio Occidentis, & ab Alexandrino, multis rescriptis manifestam nobis nostram fecere sententiam) prudentibus scilicet ejusdem orthodoxæ professionis: forsitan enim vtile aliquid Ecclesiæ rectæ fiduci proveniet, Domino cooperante.

Omnem fraternalitatem salutamus.

Et alia manu. Incolamus, & fortis animo, & plurimum orans pro nobis, donis nobis, religiosissime frater.

II.

III.

SERMO DUODECIMUS IN ECCLESIA HABITUS,

In qua literas Celestini Romani Episcopi, Cyrilli Alexandrii denuntiationis accepit VII. Idus Decembris, consulatu Theodosii XIII. & Valentiniani III. Augg. post sextum diem quam easdem literas sumpsit.

Interprete Mario Mercatore.

Unde probatur genuinitas.

In contrad.
anathem. Ne-
stori.

Habiti histo-
ria.



ERMONEM hunc esse genuinum, ambigere non licet, cum & ipsis alias Mercator memoraret, & ex eo aliquid videri posset a Baronio relatum, & omnia adjuncta apprime convenient, & habendi causa, quæ titulo continetur, non obscure actione prima concilii Ephesini narratur. Petrus presbyter Alexandria, & notariorum primicerius dixit: Non ea solum quæ Celestius sanctissimus sacratissimisque Romane Ecclesie Episcopus ad reverendissimum Nestorium scri-

pserat, missa & redditæ sunt eidem: verum ea etiam que sanctissimus piissimusque Alexandrine Ecclesia Episcopus Cyrillus, & universa Egypti synodus per Theopemptum, & Danielem, & Paganonem, & Macarum religiosissimos Episcopos ad eundem definaverant. Quamobrem rogo, ut Theopemptus & Daniel religiosissimi Episcopi hic presentes ea de re interrogentur. Flavianus Philippensis Episcopus dixit: Theopemptus & Daniel religiosissimi comministræ nostri, qui presentes adjunt, exponant, an ejusmodi epistolæ reddiderint. Theopemptus Cabasorum Episcopus